



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Vita Et Virtutes Venerabilis Patris Lvdovici De Ponte,
Societatis Jesu**

Lamparter, Heinrich

Jngolstadii, 1662

Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43978



AD LECTOREM.



ffero tibi, Lector benevole,
 Historiam P. LVDOVICI de
 PONTE, quam tibi gratam,
 futuram existimo, si quem,
 usum habeas librorum editorum ab illo,
 sicut non dubito; cum in varias linguas
 traducti versentur in manibus omnium,
 non Religiosorum tantum, sed etiam se-
 cularium; atque adeo maximorum Prin-
 cipum, Jucundum erit videre in ea re-
 presentatum spiritum, quo, jussu DEI,
 scripsit eos libros: imò & fructuosum,
 dum expressa vivis coloribus vis eorum
 doctrinæ, non poterit non spem ac desi-
 derium facere experiundi eandem. Abun-
 dat enim & pulcherrimis maximarum,
 virtutum exemplis, & aptissimis ad eas
 enitendi documentis. Sed & si libros
 ejus non videris, lectio vitæ huius eo-
 rum tibi desiderium faciet, è quibus alij
 tam uberem capiunt animi sui fructum:
 cuius

AD LECTOREM.

cuius tibi quoque messem copiosissimam precor. Ut autem noveris, quâ fide constent ea, quæ narro, scias omnia desumpta ex ea vita, quam anno 1652, prolixè & accuratè, linguâ Castellana scriptam, partim ex certis testimonijs, apud Ordinarios cum iurejurando depositis, partim ex ipsis venerabilis Patris Ludovici manu scriptis, edidit Pater Franciscus Cachupinus, Societatis nostræ Theologus, & Qualificator sacri Officij Inquisitionis, summa cum approbatione gravissimorum virorum diversî Ordinis. Ego brevius omnia, fideliter tamen refero, ut gratiora sint legentibus, & legi possint à pluribus. Audio Gallicè quoque ab alio è Societate editam esse hanc vitam; sed eam hucusque non vidi.

Tu interim hanc latinam
boni consule.



PROTE-